Jarecki super aggressione, et invasione eiusdemq praefati Laboriosi Lesny Di et violenter concussionis et Convulnerationis, aliarumq iniuriarum in processu causae eiusdem inse de praemissis latioris specificatarum illationis et perpetrationis ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense institutae et intentatae, et in quovis puncto et gradu Iuris dependen, tum de poena Banitionis perpetuae, super ijsdem praefatis Nobilibus in Officio Castrensi Praemysliensi obtentae et publicatae, eiusq publicatione, atq de quibusvis protestationibus eadem in Causa factis et intervenientibus, ob sufficientem et plenariam satisfactionem Quietat, emittit, dimittit, Liberosq et absolutos perpetuo pronunciat. Causam eandem et actionem Officiariam atq ipsam Banitionis perpetuae cum eius publicatione poenam, tum et protestationes quasvis in toto et per omnia cassat, mortificat, et annihilat, sibi suisque posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium.

Zochowski Gnosum Ratynski Regentem Cancellariae Castri Praemislien Quietat. 1509

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitanealibus Praemyslien Gnosus Stephanus Zochowski, Sanus mente et Corpore existens, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et Competentibus recedendo

Praesens

Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo-
ad actum hunc attinet secum Successoribus ac bonis suis gene-
raliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atq[ue] subjiciendo
palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia
ipse Generosum Michaelem Casimirum Ratynski Regentem
Cancellariae Castri Praemysliensis, de summa Quinquaginta
Octo Millium florenorum Polonicalium per Generosum Sa-
muelem Bielski ad Sequestrum Officij praesentis data
et coram Officio praesenti feria secunda Pridie festi San-
cti Michaelis Archangeli Anno praesenti praesentata eidem
Generoso Zochowski pro exolutis Contributionibus Reipublicae per eundem
Generosum Bielski servientibus retentis, ob plenariam ejus-
dem summae sibi Recognoscenti solutionem Quietat emit-
tit, liberumq[ue] et absolutum perpetuo pronunciat, salva re-
siduitate summae sibi Recognoscenti apud praefatum Gene-
rosum Bielski in vim retentarum Contributionum per se pro-
eo persoluta apud eundem pleno in vigore repetitione
reservatto.

Sequitur Actus Feriae Se-
cundae ante Festum Sancti Mar-
tini Pontificis